

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **Menippus sive dialogorum satyricorum centuria inanitatum nostrativum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**


**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

1. Encyclopaedia

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107424)



## I. ENCYCLOPÆDIA.

**A.**  ALVE Magister. *B.* Et tu, mi homo. *A.* Daturus tibi sum filium. *B.* Ego redditurus. *A.* Quomodo? *B.* Doctum aefelicem. *A.* Præclara sunt hæc, at tu obsecro, id explica. *B.* Discet ex me persuadere hominibus quicquid voluerit, & veritatem indagare ubique, & Naturam novisse omnem, & cælum scrutari exactè, & vitam formare perfectè, & cives regere prudenter, & Deum habere familiarem. *A.* Obstupesco. *B.* Quid ita? *A.* Te aliis conferre, cuius tibi nihil reservas. *A.* Nihil? *B.* Omnino: nã nec mihi hoc persuades, nec veritatem dicis, nec Naturam habes amicam, nec cælum propitium, nec vitam bonis probatam, nec cives obsequentes, nec Deum clementem. *B.* Iniuria hæc est. *A.* Imò benignitas, qui nihil durius in testatuo, quod verba daturus eras pro ære præsentè. *B.* Experiendum prius erat. *A.* Nisi puer meus homo foret, & filius meus: quem si tuo ære conducere velles ad periculum faciendum, infanus consentirem. *B.* Quid ergo huc venisti? *A.* Ut te præsens intueret, qui tot patribus imponis. *B.* Impostorem aliquem? *A.* Ita certe; nam cum ipse ingenio sis stupido

moribus impurissimis, mirum est te hominum  
flori potuisse præfici, & hoc magis, cum nemi-  
nem meliorem reddas, subinde alios habere  
quos decipias. *B.* Neminem? *A.* Nomina a-  
liquem. *B.* Imo multos. *A.* Vnum. *B.* Vah  
obruor numero. *A.* Eiice, qui primus in bucca  
*B.* Tibi ego lusui sim? *A.* Tibi ego filium cre-  
dam? *B.* Tuum ego truncum formem? *A.* Tu-  
as ego nugas emam? *B.* Tuis ego sordibus mi-  
fscar? *A.* Tuas ego virgas adorem? *B.* Meis  
ego deliciis caream? *A.* Meis ego pugnis par-  
cam? *B.* Itaque non committis filium? *A.* Non  
equidem si canis sit, reliquis charior.

## 2. VOCATIO.

**U**Nde tu tristis? *B.* Ex adytis. *A.* Quid tu  
ibi. *B.* Ambibam sacerdotium. *A.* Nefas  
vocandus eras. *B.* Ineptus, siquidem aliud ve-  
lim operiri seculum. *A.* Itaque ambire oportet?  
*B.* Imò emere, nam in tanta ambientium tur-  
ba si nummi fuissent non iam dolerem, *A.* De  
vocatione vero ecquid? *B.* Ea debetur, quibus ius  
primogenituræ est, aut hæreditatis. *A.* Obscurè  
loqueris. *B.* Sic decet in mysteriis. *A.* Itaque aut no-  
men, aut argentum substernitis sacræ functioni? *B.*  
Sic tēpora volunt. *A.* Et animarū curam emitis?  
*B.* Cogimur? *A.* Venditis? *B.* Si spes lanæ pluris  
sit. *A.* Nihil hic conscientia? *B.* Paupertas pro-  
hibet. *A.* Scilicet ad sacerdotale otium tanto  
numero à parentibus destinamini, ut arcendi sit-  
tis ab Ecclesiâ, non exorandi. hinc qua primum  
ingre-